



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

[ii].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

extrinseca, quæ est actus intellectus ordinantis bis tria in unum numerum senarium ) & sicut syllaba Ba non est B & A ( sed præterea ordo aliquis & situs harum literarum ) sic totum non est suæ partes ; nos enim non dicimus , totum esse tantum suas partes materiam & formam , sed esse insuper unionem earum physicam.

II. Ad hoc, quod h̄ic queri solet, num dari possit compositum substantiale, quod neque constet materia neque formâ ; respondeo negative ; nisi enim pars una habeat se per modum actus , altera per modum potentiae , vel erit aggregatum per accidens , vel totum integrale , homogeneum , vel heterogeneum .

III. SUBSISTENTIA , Suppositum , Persona , Hypostasis et si sumantur s̄epe pro eodem , in rigore tamen persona & hypostasis naturis tantum intellectualibus , & quidem completis ; suppositum etiam non intellectualibus , subsistentia insuper etiam materialis & formæ tribuitur , quandoque item suppositum & persona accipiuntur pro abstracto nimiri personalitate suppositalitate ut distinctâ à natura ( sicut semper accipitur sub-